Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1046684

Beiheft 2

S 126

1296 Nov. 8. [74

126

Biſchof Everhard von Münſter überträgt das Erbe ten Schlade, Kſpl. Lette, an das Stift Varlar.

Everhardus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, universis praesentia visuris salutem. Noveritis, quod nos proprietatem domus dictae ten Schlade, sitae in parochia Lette, quae proprietas ad nos et ecclesiam nostram pertinuit, praeposito et conventui Varlarensi propter Deum concessimus et concedimus, eandem transferentes in ipsos praepositum et conventum possidendam in perpetuum et habendam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, feria quinta ante festum beati Martini hyemalis.

Kopie im Varlarer Kopiar S. 82/83.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007